

peteret, equites quingentos et peditum numerum non parvum^a eorum impensa, ut etiam stipendium persolverent presidio equitum et peditum, quod Canis in Monte-Silice teneret, et etiam presidio parituro potestati^b Padue in ea urbe; cautum^c etiam extitit, ut^d ex nobilitate Venetiarum per ipsum Canem elligeretur potestas Paduam urbem recturus. Post paucos dies populus Tervisinus missa legatione magna et elleganti^e fedus et amicitiam cum Cane firmavit.

a) 'paq' Hs. b) 'et potati' Hs. c) 'cautm' Hs. d) 'ut'
 fehlt Hs. e) So Hs.
